

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 4. De personis inter se comparatis quoad circuminsessionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Ies, quia nihil maius aut minus. Ad quartum respondeo Patrem quidem habere à se, id est, non ab alio, virtutem generatiuam & spiratiuam: non tamen sine ordine aliquo rationis. Quemadmodum enim secunditas generativa, est intellectus: & spirativa, est voluntatis: ipse verò intellectus est ratione prior voluntate. Ita secunditas intellectus est ratione prior secunditate voluntatis, & prius exit in actum secundum productionis & communicationis. Quapropter Filius, quaque prius ordine quodam oritur à Patre, quam Spiritus S. à suo principio. Ideoque Filius, qui prius à Patre procedit, & per suam processionem habet à Patre communicatam, non solum naturam, sed etiam secunditatem voluntatis ipsi non repugnante, est sufficenter prior, ut possit cum Patre esse unus spirator, & unum principium Spiritus S. Ac necessariò debet Spiritus S. ab utroque procedere, cum spirandi secunditas sit communis utriusque.

S E C T I O N . V.

De personis inter se comparatis quoad circummissionem.

19. Circumfusio personarum diuinorum, Græcè *metaphys.*, definitur à S. Dionysio cap. 2. de diuin. homin. Personarum diuinum in aliis omnino coniuncta, & nulla cum parte confusa manu & sedes. Vbi per partitum, omnino coniuncta, intellige cum omnimoda inseparabilitate ex utraque parte. Ita ut quælibet persona diuina ex absoluta necessitate sit in alia reciprocè: & quælibet in qualibet, mutuò & quasi per circulum permanenter infigatur, sitque inmanens & inexistentia vnius in alia absolute necessaria. Quo pacto Deus non existit in creaturis, & creaturæ in Deo: sed contingenter tantum, & ex hypothesi quodam sint.

20. Datur in ter perso- nas diuin- as,
Sic autem se habere personas diuinias ad inuicem habetur primò ex Scriptura Ioan. 14. Ego in Pare, & Pater in me est. Quæ verba licet de Filio tantum dicta sint: tamen eadem ratione de Spiritu S. sunt vera. Secundò idem expressè docent sancti Patres, vt Hilarius lio. 7. de Trinit. in fine, ubi dicit Personas diuinias esse in se inuicem, per unitatem & proprietatem naturæ. Fulgent de fide ad Petrum cap. 1. Per hanc, inquit, unitatem naturam totus Pater in Filio & Spiritu sancto est. Totus Filius in Patre & Spiritu sancto est. totus Spiritus sanctus in Patre & Filio. Nullus horum extra quælibet ipsorum est. Et Damasc. 1. de Fide cap. 9. ait, Verbum manere in Patre, tanquam subsistens in subsistente, & cap. 10. Spiritum sanctum vocas inseparabilem & indigibilem à Patre. Ecclesia denique Latina in hymno quodam officij diuinī sic canit:

In Patre totus Filius:

Et totus in verbo Pater.

Rationes verò huius immanentie tres sunt. Prima, quia eadem est natura in tribus personis, & proprietas cuiusque est eadem Causa illius trinitatis, & ab ipsa localiter inseparabilis, ipsiisque necessariò ubique velut in intime coniuncta, seu potius identificata. Vnde fit, ut ubiunque est essentia, ibi quoque sit intimè Pater, Filius, & Spiritus sanctus: & consequenter Filius sit in Pater, Pater in Filio, Spiritus sanctus in utroque, & uterque in Spiritu sancto. Secunda ratio est, quia essentia, & proprietas quælibet personarum diuinarum, est immensa ex absoluta necessitate. Vnde fit ut nusquam possit esse Pater, quin ibi sit Filius & Spiritus sanctus: ac vice versa. Quia omnes undeque, tam ex parte essentia, quam ex parte proprietatis personalis, sunt immensi, & omne spiritum reale vel imaginarium occupant indivisibiliter, id est, toti in toto, & toti in qualibet parte spiritus. Tertia est, quia in isto nobilissimo productionis modo, terminus productionis est omnino indistans à suo principio, & intimè illi coniunctus ac præsens: & que necessariò in omnibus, in quibus est principium: licet non eodem modo: Nam hypothesis Verbi est in Christo componens illam atque constituens: quod modo non est Pater in Christo, neque Spiritus sanctus. Simplificiter tamen ubiunque est Pater, est Filius, & ubiunque est spirator, est & Spiritus sanctus.

21. Henricus in Summa, ut refertur à Scoto in 1. dist. 19. q. 2. §. De primo, & Durand. in 1. dist. 19. q. 3. existant personas diuinas secundum se totas, id est, etiam secundum suas proprietates, non esse alias in aliis, sed tantum secundum essentiam. Primum, quia paternitas, ut sic, non potest esse in Filio: alioquin Filius esset Pater. Secundò, quia persona ratione sua proprietatis est id, quod est ad aliam. Ergo non potest esse ratio essendi in alia, quia haec habitudines sunt propriae. Tertiò, quia sancti Patres totam rationem huius circummissionis non aliam esse dicunt, quam naturam unitatem.

22. Ad primum, distinguuntur secendens. Non potest esse paternitas ut sic in Filio, formaliter & constitutiū, corredo. Localiter & præsentialiter, nego. Neque ex hoc secundo modo essendi sequitur Filium esse Patrem: scilicet Deus non est lapis, etiam si Deus sit localiter intimus lapidis & lapis Deo.

23. Ad secundum & tertium, Respondeo essentiam & proprietatem esse id, secundum Quod personæ diuinæ sunt, aliae in aliis materialiter: formalem vero rationem huius circummissionis, esse intimam etiam præsentiam, & correspondientiam mutuam: causalem & velut effectivam, ac rationem proprietatis, esse triplicem illam superius explicitam: quarum prima præcipua est, & a

Sicutius
argumēta
contraria
sententia

23.

386 Disp. XXXI. de Trinit. Sect. IV. & V.

sancis Patibus magis expressa, tametsi alias non negauerint, multoq; minus quod etiam secundum proprietates sint aliae in aliis. Neque repugnat vnam personam diuinam esse ad aliam formeliter per suam proprietatem relativa: & esse in alia localiter secundum: quatenus id ad quod relatio est, existit intimè in eodem spatio in quo est relatio.

24.

Duo autem in personis diuinis distinguenda sunt. Vnum quod sint una natura. Alterum quod sint personæ distinctæ. Ex quibus non dicitur vna persona esse in alia, prout solum est vnum & idem cum illa: sed dicitur vna esse in alia, ut distincta in distincta. Ideoq; Scriptura tribuit illam inexistentiam personis ipsis secundum se, ut distinctis animicem, Ego n Pater, & pater in me est, Ioan. 14.

Personæ
dua sunt
aliae in aliis
per essen-
tiam, pra-
fendiā,
& per po-
tentiam.

Addo cum D. Thom. qu. 42. art. 5. & Sua-
re lib. 4. cap. vltim. num. 5. Personas diuin-
as esse alias in aliis per presentiam, per po-
tentiam, & per essentiam, aliqua ratione
proportionaliter, vt Deus dicitur esse in re-
bus omnibus per presentiam, potentiam, &
essentiam. Per presentiam quidem qualibet
est in alia, quatenus illam cognoscit neces-
sariò, neque poscit vel à se, vel à nobis per-
fere cognosci sine alia correlativa. Per po-
tentiam vero Pater est in Filio, & Pater & Filius in Spiritu sancto, quatenus Pater
est principium actuale Filii, & Pater ac
Filius sunt principium Spiritus sancti. Per
essentiam denique, sive substantiam & enti-
tatem, modo superius explicato, quatenus
scilicet omnes substantialiter intimè sibi
sunt localiter præsentes.

25.

Addo præterea, quod rectè notat Ruis
disp. 30. sect. 6. circuminsexiōem per-
sonarum inuicem immanentium, completere in
vnaquaque persona plenitudinem perfe-
ctionis, iuxta illud Coloss. 2. vers. 9. In ipso,
Christo, inib; a omnī plenitudo diuinitatis
corporaliter. Quem locum ponderat Hil-
iar. lib. 9. de Trinit. fere initio, & conferens
cum illis Christi verbis Ioan. 14. Ego in Pa-
ter in me est: sic ait: Apôstolo corpo-
raliter inhabitantis Diuinitatis plenitudinem in
Christo docente, ab illa est omnis impie temerari-
tati assertio. Cum naturalē unitatem incorpo-
raliter habuisse corporalis efficeret, ut id
quod non solus Filius; sed quod in eo manet Pater,
&c. Quibus verbis significat requiri Patrem in
Filio manere, ad hoc ut in Christo corpo-
raliter inhabitet omnis plenitudo diuinitatis.
Exclam. Athan. li. 5. de unitate Tri-
nitatis propositum, ubi personarum cir-
cum insexiōem vocat indiscretam plenitu-
dinem diuinæ Trinitatis: vel plenitudinem
substantiæ inuiditæ Trinitatis. Et orat. 1.
contra Ariani longe a fine, Verbum appellat
plenitudinem plenitatis Patris. Par autem
est ratio, ut Spiritus sanctus sit plenitudo di-
uinitatis Patris & Filii. Similiter Cyril. Alex.
lib. 1. Thes. cap. 6. ante medium, Filium no-
minat plenitudinem Deitatis Patris. Et An-

selm. in Monologio cap. 57. colligit aqua-
litatem personarum diuinarum ex eo quod
totus Pater est in Filio, & companioni Spir-
itu: & Filius in Patre, & eodem Spiritu: &
idem Spiritus in Patre & Filio. Et nimi-
rum ex illa immanentia vitaliynius in alio
absolute necessaria & inseparabili, vnius
personæ perfectio redundat in aliam. Perfe-
cio, inquam, non modo essentialis, quæ in
tribus eadem est: sed & propria, qua quic-
quid est, alterius personæ est, ad quam refer-
tur, cuique intimè inest inseparabiliter: ita
ut absolute necessitate propter illam sit, ac
sine illa omnino esse non possit. Quo sensu
Gregor. Nazian. orat. 49. multò ante finem,
sic ait: Totum Patri adscribimus quod est Filii:
& totum Filii, quo Patris est. Nihil enim non
videbitur Patris, quod iudicabitur Filii. Nihil
non Filii, quod iudicabitur Patris. Ob eandem
que cauam dicunt aliqui Patrem, vnam esse
perfectiōem omnium personarum Diuinæ
Trinitatis: & tantum esse vnam, quantum
tres simili: nec plus aliquid duas, quam
vnam: ut loquitur S. Augustin. lib. 6. de Tri-
nit. cap. 10. in fine: sumendo scilicet perso-
nam quamlibet cum immunitate & perti-
nentia relativa aliarum: ratione cuius, qui-
quid est vna, est alterius: & quiquid est
triū, est cuiuslibet. Vnde subiungit Augu-
stin. ibidem: Ita & singula sunt in singulis, omnia
in singulis, & singula in omnibus, & vna
omnia. Et tract. 29. in Ioan. loquens de Filio,
sue Verbo diuino: Quid, inquit, non tantum
quanta, si aliquis es quod es?

SECTIO V.

De personis quoad missionem inter
se comparatis.

Quod personæ diuinæ aliae mittantur ab
16
Circumin-
tesso com-
plet plen-
titudinem
euangelio
per sona-
diuinariam
Vnde docet aperte Scriptura Ioan. 5. Deo in
Qui non honorificat Filium, non honorificat Pa-
trum, & qui misit illum. Et cap. 8. Ego, & qui misit per sona-
me Pater. Et ad Galat. 4. Postquam venit pleni-
tudo temporis, misit Deus Filium suum. Que &
familia in Filio nec tantum vno homine, sed
etiam ut Verbo secundum se & circa idioma-
tum communicationem intelligenda sunt.
Iuxta illud D. August. lib. 4. de Trinit. cap.
20. initio, Non tantum dicitur missus Filius, quia
Verbum caro factum est: sed etiam verbum ef-
fusum ut caro fieret. Item de Spiritu S. Ioan.
14. Cum venerit Paracletus ille, quem ego mit-
tam vobis, spiritum veritatis, qui a Patre proce-
dit. Idem communiter tradunt sancti Pa-
tres. Quorum si aliqui negauerunt inter-
dum mitti personas diuinas, intelligentia
sunt de missione cum imperfectionibus, quæ in missiōibus creatis reperiun-
tur: non autem de missione absolute sum-
pta, & ab his imperfectionibus libera. Ut au-
tem declaretur quid & quotplex sit diuina
missio.